

SCRIPTA

Numéro Scripta : 813

Autre(s) référence(s) : Round 424

Auteur(s) : Caen, La Trinité (abbesse)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : ...1100...

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Notice des usurpations des biens de l'abbaye de la Trinité de Caen.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Walmsley John, *Charters and Customals of the Abbey of Holy Trinity Caen*, part 2 : The French Estates, Oxford, Oxford University Press (Records of Social and Economic History, New Series ; 22), 1994, Cartulary Documents, n° 15, p. 125-128.

Dissertation critique

L'abbaye de la Trinité de Caen a subi ces usurpations sous le règne de Robert Courteheuse. Voir WALMSLEY, p. 125.

Texte établi d'après a

Willelmus comes Ebroicensis ex quo rex Willelmus finivit aufer[t] Sanctæ Trinitati et abbatissæ et dominabus vii agripennos vinæ et duos equos et xx solidos rotomagensium nummorum et salinas de Escrenevilla et uno quoque anno xx libras de Gauceio et de Bavent.

Ricardus filius Herluini duas villas, Tassillei et Montboen.

Willelmus camerarius filius Rogeri de Candos decimam de Hainovilla.

Willelmus Baviel xx boves quos sumpsit apud Osbernivillam.

Robertus de Bonesboz eandem villam depredavit.

Robertus de Uz terram de iiii puteis et de Cierneio.

Willelmus Bertrannus duos vavasoires et eorum decimam et v solidos quoque anno apud Columbellas.

Ricardus de Corceio iiiiior libras et xx oves.

Nigellus de Oillei ii boves.

Rogerus de Avesnes in equis et in denariis et in aliis rebus viiii libras.

Robertus Pantolf in denariis et in aliis rebus vi libras.

Willelmus Judas xx solidos.

Rogerus dispensator et Rogerus de Scutella xi boves et iios equos et predam de Folebec et homines vulneraverunt et verberaverunt in pace. Robertus de Molbrai lxviii libras quoque anno post mortem regis. Eudo vicecomes xx boves.

Adelofus camerarius episcopi Baiocensis terram de Anglicivilla.

Ranulfus vicecomes, Ricardus de Corceio xv libras de terra de Grandicampo, et Ranulfus idem et iii boves et ii equos de Duxeio et de Aneriis et v acros annone in Aneriis et decimam de Boivilla.

Ingelrannus prata de Grai.

Comes Henricus pedagium accepit de Chetehulmo et de omni Constantino, et super hoc facit operari homines Sanctæ Trinitatis de eadem villa et patria ad castella suorum hominum.

Alveredus de Ludreio aufert Sanctæ Trinitati tres boves apud Teuvillam et terram de eadem villa devastat. Et Willelmus de Veteri Ponto prata de predicta villa.

Et Hulmum aufertur Sanctæ Trinitati iniuste.

Adeloldus predictus camerarius episcopi aufert annonam de Grandicampo et quamplures alias.

Hugo de Redeveris aufert v modios vini et vineam quoque anno ad Vernun.

Fulco de Aneriis i equum et viii solidos et iii minas de favis, et omnem terram devastat, ita quod nullus ibi lucrare potest.

Willelmus Bertrannus accepit de Osbertivilla duos boves et postea viros misit in carcerem.

Willelmus de Rupieres accepit boves et porcos domne abbatissæ et homines super terram eius interfecit.

Idem Willelmus pecuniam metatoris abbatisse de Ruvvres accepit et annonam fecit inde ferri, et apud Ranvillam duos viro[s] interfecit et complures vulneravit.

Et item Robertus de Guz aufert ei unum equum apud Monboen. Hugo paganus aufert abbatissæ silvam de Salan et sacerdotem verberavit in pace.

Et Willelmus Gernu[n] silvam (sic) incidit et evellit quantum potest. Ranulfus frater Igeri sai/siavit terram abbatissæ super hoc quod ipsa sibi terminum respondendi dederat, et inquirendi si deberet ei inde rectum facere.

Brenagium autem interrogant et Rainaldus Landu[n] et alii ministri abbatisse et monent eam placitare.

Inde Robertus de Genz aufert ei terram de Donmaisnil et annonam inde tulit et oves et boves et alia multa et vi adhuc detinet.

Et Radulfus de Cortlandu[n] ponit terram abbatissæ in gravatoria et vi vult ibi eam tenere quod nunquam fuit amplius.